

allocutus est. Audite me fratres et filii
 et oes qui vultis liberare animas
 vestras a dracone diabolo. Propter vestram
 salutem misit me dominus ad vos ut reli-
 gionem idolorum ad ipsum convertere
 iudicium qui vos creavit. Deus enim quando
 fecit hominem primum posuit eum in para-
 diso deliciarum cum uxore quam de costa
 eius fecerat. Paradisus autem deliciarum
 eminet omnibus montibus et vicinior est
 celo. Non habet aliquid in se quod
 possit esse saluti hominum inimicum.
 Non aures texerunt ad somnum hominis
 neque spine nascuntur et tribuli non
 anni senectutem generat et vitibus
 non rose marcescunt nec lilia nec
 aliqui ibi perireunt flores nisi labor
 fatigacionibus subiacet nec in frum-
 mitas aliqua sanitati succedit. Tri-
 stitia et fletus et mors ibi penitus
 locum non habent. Aure enim que
 ibi blandiunt suavitatem naribus
 inferunt. Nam sicut timiane fumus
 excludit putores ita nares ibi
 vitam eternam aspirant que non permittit
 hominem nec fatigacione marcescere
 nec dolorem sed semper equalis semper
 iuvenem semper letum semper immobile per-
 manere. Resonant ibi organa an-
 gelorum et voces melliflue auribus
 inferunt. Serpens ibi locum non
 habet non scorpio non spalangius
 non musca aliqua saluti hominis
 inimica famulantur ibi hominibus
 leones et tygres et proci. Et quod
 iusserit homo auribus aut feris qui
 karissimo dilecto dei obtemperant
 cum reuerentia iussione eius. Quatuor
 quoque flumina inde fluent unum
 fluvius dicitur geon secundum phison tri-
 tigris quartus eufrates huius omne
 generis piscium habent. Et cum dixerit
 homo ad aquam fluminis illa vel
 illa genera piscium optimorum statim
 mundat ante pedes eius copiam
 multiplicem piscium diversorum ita ut
 quos voluerit manu eligat quos
 vero noluerit aquis restituat. Si-
 militer aves et universa quadrupedia
 que pertinent hominum delicias

famulari iussu astant non maculata
 adestam sed delicias hoc ordine ser-
 vatura ut servitia angelorum mi-
 norum que ad hoc ibi posita sunt ut
 agnoscant quid de auriibus quid
 de pedibus unumquodque desideret. propter
 quam causa etiam presentant. Et cum
 omnia illesa permaneat inuisibili potestate
 ab omnipotente concessa. de his que postea
 fuerint exquisita arte decodita pu-
 rata sunt. Et sunt epule convivorum
 ex earum pedum artibus que presto
 fuerint cum nullum eorum partem sit occi-
 sum et lesum. Similiter et pocula
 eorum ministeris gemmis poculis
 hauriunt ut hoc sapiat unumquodque
 voluptuosus eius animus imparet. Nu-
 lla digestio sordium seculorum que
 decibus geruntur et potu. Nullus ibi
 est latratus canum nullus leonum
 rugitus omnia ibi blanda sunt omnia
 mansueta omnia queta. Numquam ibi
 facies celi nubium tegumentibus obum-
 brat. numquam ibi fulgura coruscant
 numquam tonitrua concipiunt sed est ibi
 exultatio sine fine et festivitas que
 terminum non habet. Quare autem
 ante paululum memoraverim quod
 ibi serpens penitus non sit. propter ipsum
 enim angelus invidie sue livorem
 exerauit. Et ita maledictus est ut
 in loco benedicto maledictus esse non
 possit. Quod autem angelo hinc natus
 est quod vidit imaginem dei in homine
 et similitudinem extitisse. Et quod
 homini impossibile erat in hac regione
 beata ut cum cunctis animalibus loqui
 ret. Hic angelus qui ex se concepit
 invidia potentiam angelicam serpen-
 tem ingressus suavitatem uxoris ade-
 ut de pomo arboris manducaret
 quod deus fieri subintimavit motum
 prohibuerat. Post hec etiam uxorem
 seduxit virum. Cumque ambo pueri-
 tates existeret huc in ista terra
 exiliati sunt. pietati de regione vite
 in regione mortis ipse vero auctor
 sceleris simul in serpente inuentus
 maledictionem eternam accepit.
 Nunc vero ipse dei filius qui cum
 patre et spiritu sancto hominem fecit.